



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Commirii E Societate Jesu Carminum Libri Tres**

**Commire, Jean**

**Lutetiæ Parisiorum, 1678**

Jonas Celsissimo Principi Ferdinando Episcopo Paderbornensi &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14818**



# JONAS

C E L S I S S I M O P R I N C I P I  
F E R D I N A N D O  
E P I S C O P O P A D E R B O R N E N S I &c.

**F**ERNANDE, Angaria claro sate san-  
guine gentis;  
Cui caput inclinans famularem subjicit ur-  
nam  
*Luppia; quem Dominum sibi mox emet omnibus undis  
Amisius: mentem curis ingentibus egram  
Turbato super orbe, novi & discrimine belli,  
Fas mihi sit grato tantisper solvere cantu.  
Sacra fero vates olim que fudit Jonas  
Carmina; sacra decent divinum carmina vatem.  
Heu! quibus ille malis terra jactatus & alto,  
Spreta luit superum mandata, fugamque rebellem!  
Pertulit eversum fundo mare, pertulit iras*

A

JO. COMMIRII

<sup>2</sup>  
Ventorum, cæli conjuratosque tumultus :  
Et per mille neces mortem non repperit unam.  
Naufragique obiit casus , graviore superstes  
Naufragio : meruitque animam servare sub undis ,  
Solveret ut longas producto funere pœnas ;  
Et quod plus timuit , Ninivem servatus adiret.  
Immitem tanto stetit optavisse tonantem !

Hunc iterum Latiis sæuos memorare labores  
Edoctum numeris , tua nunc ad limina sisto ;  
Visurum Assyria quod non spectavit in aula.  
Dum meditor majore sono te dicere , Princeps ,  
Fortunaque pares animos , famamque perennem ,  
Et prisci aquatos jam Mæcenatis honores  
Muneribus vatum. Nec me certasse negabo

Grotiada. Quanquam magni cognominis umbra ,  
Majus & ingenium , cæpto abstrerrere duello  
Fidentem nec Marte pari , nec viribus aquis ,  
Debuerant. Sed enim quandoque laceffere cantu  
Garrula per silvas Philomelam gaudet Acanthis ,  
Belligerosque tubæ sonitus imitatur arundo.  
Ergo nec egregio me composuisse poëtae ,  
Nec palmam ceſſisse pudet. Solatia tantus  
Magna mihi præbet viator. Nec gloria deerit ,  
Si tibi vel victus non displicuisse merebor.

Exeat H. Grotiada. Quanquam magni cognominis umbra ,  
Majus & ingenium , cæpto abstrerrere duello  
Fidentem nec Marte pari , nec viribus aquis ,  
Debuerant. Sed enim quandoque laceffere cantu  
Garrula per silvas Philomelam gaudet Acanthis ,  
Belligerosque tubæ sonitus imitatur arundo.  
Ergo nec egregio me composuisse poëtae ,  
Nec palmam ceſſisse pudet. Solatia tantus  
Magna mihi præbet viator. Nec gloria deerit ,  
Si tibi vel victus non displicuisse merebor.